

VERS. 24. — SPE ENIM SALVI FACTI SUMUS... Rationem dat, ob quam fideles anhelant ad perfectam adoptionem, seu ad Dei gloriam: quia scilicet, spe tantum, nondum re salvi facti sumus.

SPE AUTEM QUAE VIDETUR... id est, spes autem non est de re, quae videtur et possidetur; NAM QUOD VIDETUR, etc., id est, quod quis videt, tenet et possidet, cur speret illud, cum jam habeat?

VERS. 25. — SI AUTEM QUOD NON VIDEMUS... cum spes sit rerum non praesentium, sed futurarum et expectandarum per patientiam; hinc ingemiscimus; donec possideamus. Haec vita verè fidelibus est expectationis, gemitus, et patientiae vita. *Impii ducunt vitam in bonis et in gaudio; moriuntur autem in gemitibus.* Verè fideles gement in vita, letantur in exitu: *Letatus sum in his quae dicta sunt mihi; in domum Domini ibimus.*

VERS. 26. — SIMILITER AUTEM ET SPIRITUS ADJUVAT... Graec.: *Simul recipit infirmitates nostras.* Syr., *opitatur.* Item et Spiritus sanctus simul suscipit, seu consuscipit infirmitates nostras, id est, eas quasi manu supposita, nobiscum sustentat, ne deficiamus et labiamur.

NAM QUID OREMUS, SICUT OPORTET, NESCIMUS... Tanta est infirmitas nostra, ut nequidem sciamus quid aut qualiter oremus, sicut oportet, ut exaudiamur.

SED IPSE SPIRITUS, SCILICET HABITANS IN NOBIS, NOSTRIQUE CURAM GERENS SINGULAREM; POSTULAT PRO NOBIS, et loco nostri apud Deum; interpellat quasi advocatus. Postulat autem, non ipse solus, sed una nobiscum et

corporis nostri. Nota: In primo instanti justificationis infunditur homini claritas et gratia, per quam homo particeps fit divinae naturae, et consequenter acceptus ad gloriam, et haeres Dei, ideòque hoc ipso fit filius Dei adoptivus, scilicet Christus est Filius Dei naturalis. Itaque adoptio nostra, qua adoptamur in filios et haeredes Dei, contingit nobis in ipsa justificatione. Quod ergo hic Apostolus ait, in coelis demum dandam esse hanc adoptionem, intellige consummatam, quae est ipsa possessio juris et hereditatis, ad quam adoptati sumus, videlicet redemptio corporis nostri, quae partim erit liberatio à mortalitate et concupiscentiâ, partim gloria corporis ex animae gloria dimanans. Ita SS. Chrysostomus et Ambrosius. Adoptio ergo inchoata fit hic, sed perfecta erit in caelo.

VERS. 24. — Spe enim salvi facti sumus, q. d.: Speramus salutem, quam hic per gratiam inchoavimus, complendam fore in nobis per gloriam in caelo. Dat causam cur dixerit nos expectare hanc adoptionem filiorum in coelis, quia scilicet necdum re, sed tantum spe salvi facti sumus; per spem enim tendimus ad salutem, quam speramus nos adepturos in caelo, et ideò ad huc gementes expectantes corporum nostrorum redemptionem, et cum ea perfectum beatitudinis statum.

SPE AUTEM QUAE VIDETUR, NON EST SPES. Sensus: Nulla est spes rei praesentis, quae jam habetur et possidetur; sed spes tantum est rei future, id est, nondum acceptae; sicut fides, rei non vise.

NAM QUOD VIDETUR, QUID SPERAT? id est, cur adhuc sperat? ac si dicat: Re, quae sperabatur, oblata, nulla jam restat causa sperandi. Videre enim hic ponitur pro quovis sentire, cognoscere, frui, possidere. Loquitur enim Apostolus non de visione Dei, sed de gloria corporis possidenda. Haec enim est redemptio corporis nostri, ut dicit.

VERS. 25. — Si autem quod non videmus, etc. Si,

per nos, dum mentem et cor nostrum, quasi sua membra, movet, illuminat, accendit et excitat ad orandum, et aliquando tanto ardore, tantaque vehementia ut nec capere, nec enarrare possimus; ideò GEMITIBUS INENARRABILIBUS.

Hunc sancti Spiritus effectum ut plenius intelligas, adverte 1^o hominis miseriam. Ad eò miseri sumus, ut omnibus indigeamus. Ad eò infirmi, ut petere non valeamus. Ad eò ignari, ut nec sciamus quid petere debeamus. Adverte 2^o sancti Spiritus auxilium. Spiritus sanctus per charitatem cordibus nostris infusam, facit primo ut sentiamus quod sumus, scilicet miseri; praeterea adjuvat infirmitatem, ut orare possimus; facit tandem ut sciamus, desideremus et petamus quod esse debemus; et ob id gemitus ineffabiliter, id est, facit ut oremus tantà vi, tantoque fervore, ut etiam expertissimi capere non possint, tantum abest ut effari valeant. Hinc oratori, ait Theodoretus, date vos ipsos ei, qui clavum tenet universi.

VERS. 27. — QUI AUTEM SCRUTATUR CORDA... Graecè: *At scrutans corda, scit quid prudentia, epistola spiritalis, quia secundum Deum interpellat pro sanctis.* Syr.: *Qui verbè scrutatur corda, is novit quae sit intentio Spiritus, qui juxta placitum Dei deprecatur pro sanctis.* Arab.: *Quae sit voluntas Spiritus; is enim orat pro sanctis, in iis quae spectant ad Deum.* Sensus est: Nobis quidem inenarrabiles sunt hic gemitus; ut Deus cordium nostrorum scrutator, optime novit affectum, epistola Spiritus sancti gementis in nobis; id est, desideria et gemitus quos excitat in nobis; et ita novit ut approbet

inquit, speramus salutem, spes autem eorum est quae nondum habentur, ergo cum patientia servituti ac miseriae praesentis expectare debemus adoptionem ac libertatem gloriae filiorum Dei.

VERS. 26. — Similiter autem et Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Tanquam dicat: Sicut Spiritus contestificatur spiritui nostro, quod simus filii Dei, sic etiam nos infirmos idem Spiritus coadjuvat; ut que non videmus, per patientiam expectemus; q. d.: Spiritus sanctus praeter gemitum, spem et patientiam, quae in nobis operatur, insuper adjuvat etiam in hoc gemitu infirmitatem nostram, ut scilicet magna alacritate et fortitudine toleremus infirmitates animae et corporis, vitaeque hujus corruptibilis, propter quam gemitus et suspiramus ad caelum, utque eas constanter superemus, maxime per orationem.

Nam quid oremus sicut oportet nescimus; oratio enim proprium remedium est infirmitatum nostrarum ad eas superandas. S. Thom.: *Scire quid sit petendum difficillimum est, cum sit difficillimum scire quid sit desiderandum.*

Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Spiritus sanctus postulare seu intercedere pro nobis dicitur, eo quod efficaci sua in nobis operatione nos orantes ac postulantes faciat; hic enim est qui adjuvat infirmitatem nostram, quique docet nos quid orare debeamus, cum ipsi hoc sepe nesciamus. Dicuntur autem gemitus inenarrabiles, sive ineffabiles, vel quia procedunt à desiderio rei ineffabilis, id est, caelestis gloriae; vel quoniam ipsi motus cordis, ut proficiscuntur à Spiritu sancto, satis enarrari non possunt.

VERS. 27. — Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus. Graecè: *Novit quid sit sensus spiritus.* Quamvis, inquit, Apostolus, Spiritus sancti in nobis gemitus sint nobis ineffabiles, Deus tamen eorum scrutator optime novit sensum, affectum, desiderium

et exaudiat, quia secundum Dei voluntatem facit sanctos postulare, id est, Deo grata, sanctorum salutis utilia.

Sed, inquit, sanctosne tantum Spiritus sanctus facit postulare? nonne et peccatores movet, eorumque oratio est impetratoria? Ita et Spiritus sanctus peccatores, licet nondum inhabitans, per suam gratiam movet ad orandum; et eorum oratio erit impetratoria, si petant necessaria ad salutem, si piè petant et perseveranter.

EX DICITIS V. 26 ET 27, apostolicam disce praxim orandi. Oraturus tu te Spiritui sancto committe; die illi: *Peccatum cor meum, Deus Domine, quid me vis facere? Vias tuas, Domine, demonstra mihi.* Hic agnosce tuam miseriam; omnibus indiges, omnis boni vacuus. Agnosce et infirmitatem tuam, non tantum ad agendum et ad patiendum, sed et ad desideranda et ad petenda quae tibi sunt necessaria. Agnosce et ignorantiam; nescis quid expediat tibi; nescis quomodo illud oportet postulare. Triplicem hanc impotentiam tuam agnosces, gemes, ad Spiritum sanctum recurres; tu te illius bonitati committe; postula ut adjuvet, dando sensum, quo tuam percipias miseriam; dando lumen et robur, quo discernas et desideres quae tibi necessaria; dando gratiam, qua secundum Dei voluntatem ores: te ergo committens Spiritui sancto, roga ut ipse postulet in te, pro te, tecum, per te, quae secundum Deum.

VERS. 28. — SCIMUS AUTEM QUONIAM DILIGENTIBUS, etc. Hoc valde appositè addit Apostolus, tum ut modis omnibus fideles excitet ad patientiam; de hac enim agit à v. 17 et 18, tum ut afflictos soletur, cum eorum orationes videntur non exaudiri; de hoc enim spectatum in posterioribus versibus.

NESCIMUS QUID OREMUS; scit autem Spiritus sanctus, ideò ipsis curae nos committere debemus. Unum tamen nos certò scimus, scilicet quòd omnia, quantumvis adversa, concurrent, conspirant, et pariter cedunt in bonum iis qui Deum diligunt. Hinc una nostra cura sit de Deo diligendo et illi obediendo. De adversis propriè loquitur hic Apostolus; non malè tamen ab aliis quibus extenditur ad prospera et ad adversa; imò et ad ipsa peccata, quae cedunt in bonum praesens et futurum *is qui, etc.*, in praesenti quidem, quia humiliores, fortiores et cautores resurgunt; in futuro autem, id est, in gloria, sicut cicatrices conferunt ad gloriam militis, qui finaliter in bello triumphavit, ait Lyranus.

IS QUI SECUNDUM PROPOSITUM, etc. Graecè: *Secundum Spiritus sui sancti gementis in nobis; et ita novit, ut etiam approbet, et exaudiat.*

QUIA SECUNDUM DEUM POSTULAT PRO SANCTIS: quia mirum illis postulat ea quae sunt secundum Deum, Deique mecum et voluntatem, quaque Deo grata, sancta et accepta sunt. Haec autem nobis salutaria sunt. Ita Chrysostomus, Theodoretus, Ambrosius.

VERS. 28. — Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; q. d.: Multa, ut dixi, sancti patiuntur in hac vita; verumtamen iis omnia cooperantur in bonum: animosè ergo et lecto animo omnia ista perferant. Omnia ergo, id est, om-

nia *propositum vocatis existentibus*; in Graeco non est *sancti*, nec etiam in Syriaco. Hoc propositum aliqui vocant clavum totius mysterii divinae predestinationis, quasi ex hujus propositi intelligentiâ pendeat apertio illius absconditi mysterii. Constat equidem, quòd diversa hujus propositi intelligentiâ respondent diversis divinae predestinationis explanationibus; an verò ex propositi intelligentiâ nascatur opinio de predestinatione; an ex opinione de predestinatione nascatur explicatio diversa propositi, incertum. Quidquid sit, hic simpliciter communiore aliorum explanationes refero, humiliter tandem et cum tremore aperturus quid sentio de re quam ineffabilem poto.

Propositum, Graecè: *επιθεσις* in Scripturis et in divo Paulo, significat aliquando voluntatem hominum, v. g., Act. 11, 23, Act. 27, 15, 2 ad Tim. 5, 10, etc.; alquando significat voluntatem Dei, Rom. 9, 11.

Hinc natum est dubium de quo propositum hic loquitur Apostolus, an hominum, an Dei? an Dei et hominum? Patres Graeci intelligunt propositum vocatorum, seu praeviam bonam voluntatem eorum qui à Deo vocantur. *Propositum* dicit, ut ne totum vocacioni tribuatur, etc.; nam si vocatio solum sufficeret, quâ tandem causâ non omnes salvi facti sunt? propterea, ait, non vocacionem tantum, sed et ipsam propositum vocatorum, saltem efflicisse: neque enim coacta aut violentè facta est vocatio. Omnes igitur sunt vocati, at non omnes obdixerunt. Divus Joannes Chrysostomus. Valde appositè vocacioni propositum adjunxit, non enim vocat simpliciter, sed eos qui habent propositum. Theodoretus. Vocatus est autem homo secundum propositum, hoc est, secundum propriam voluntatem. Theophyl. Idem tribuit Origeni.

Inter Latinos, Ambrosiaster ita explicat: Hi autem secundum propositum vocantur, quos credentes praescivit Deus futuros sibi idoneos, ut antequam crederent, scirentur. Idem et D. Hieronymo tribuitur. Circa quam explanationem, si intelligatur quòd bonum hominum propositum sit causa et ratio cur vocentur; haec explicatio planè sapiet errorem Pelagianum, contra quem D. August. in lib. de Predestinatione. Si verò intelligatur quòd D. Chrysostomus intellexisse videtur: nimirum quòd hoc propositum non sit quidem ratio cur vocentur, sed sit conditio et determinatio quorundam qui vocati sunt, ita ut sit sensus: *Omnia cooperantur in bonum, non omnibus quidem vocatis, sed iis qui suo proposito, Dei vocacioni consentiunt, seu qui Deo vocati obediunt; tunc nullus est error; ex parte enim Dei stat gratuita vocatio; nes tribulationes, inquit Ambrosius; S. August. addit, omnia, etiam peccata sanctis cooperantur in bonum. Nam praedestinati, ait, ex caus humiliores, cautores et ferventiores resurgunt. Ita etiam explicat Anselm. et Thom.*

Ita qui secundum propositum vocati sunt sancti, id est, iis qui vocati sunt ad sanctitatem. Verus et certus sensus est, quo propositum Dei, non hominum, intelligitur; Dei; inquam, propositum, id est, voluntas praevia, praedestinato, ac decretum aeternum. August., Anselm. et alii per propositum hoc accipiunt aeternum Dei beneplacitum, liberale decretum, volun-

ex parte hominis gratiæ præventi, liber consensus, seu Dei vocatio obediens.

Nunc tamen post D. Augustinum omnes interpretes intelligunt Dei, non hominum, propositum, scilicet æternum, liberale et gratuitum beneficium dandi gratiam Dei: at cum hoc discrimine, quod aliqui intelligunt gratium Dei decretum dandi gratiam, juxta quos sensus est: *Omnia cooperantur in bonum diligentibus Deum*; iis, inquam, diligentibus Deum, qui per æternum Dei decretum gratiæ dandi ipsi gratiam, vocati sunt ad fidem et gratiam sanctificantem. Ita Fromondus et Estius. Alii verò intelligunt gratium Dei consilium et decretum, quo proposuit ex merâ suâ bonitate, sine ullo hominum merito, homines peccato perditos, per Christum vocare ad gratiam et sanctitatem. Ita Cornelius, Menochius, Tirinus. Juxta quos sensus est: *Diligentibus Deum, et à Deo vicissim dilectis, utpote vocatis à Deo ad fidem et gratiam, ex benevolentiæ cordis sui proposito, omnia, Deo dirigente, ad dilectorum suorum utilitatem, cooperantur in bonum.*

In hæc sententiâ, vocari ad sanctitatem secundum propositum, idem est ac vocari secundum beneficium, benevolentiam, et bonam Dei voluntatem, seu, ut cap. 4, v. 5, *secundum propositum gratiæ, non autem ex operibus seu meritis.*

Et hoc, inquam, Apostoli scopo convenit, qui de hæc gratiæ vocatione in hæc Epistola agit: negant autem de prædestinatione gratiæ ad gloriam agere.

VERS. 29. — NAM QUOS PRÆSCIVIT, ET PRÆDESTINAVIT CONFORMES FIERI (Græcè non est fieri). Dat causam cur diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, simulque explicat qui sint vocati secundum propositum, illi scilicet quos præscivit. Sed licet iterum diver-

tariam et gratiam Dei constitutionem, que, Act. 2, vocatur *definitum consilium*. Propositum ergo hoc est liberale et gratium Dei consilium et decretum, quo proposuit, statuit et decrevit Deus ab æterno ex merâ suâ bonitate et clementiâ homines peccato perditos per Christum vocare ad gratiam et sanctitatem, sine ullo eorum merito.

VERS. 29. — Nam quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri Filio suo. Sensus hujus loci est, prædestinationem salutem nullis adversitatibus neque tentationibus impediri posse; idque certò nobis constare ex charitate Dei, quæ eos ab æterno dilexit; quæ etiam facturus sit, ut omnino ea bona ad quæ prædilecti sunt ac præordinati, consequantur. Nam, inquit, quos præscivit, id est, ab æterno prædilexit, et amicos habere voluit, eosdem prædestinavit conformes ac similes fieri Christo Filio ipsius, id est, certo facto decreto jam olim et ab æterno statuit ad hoc tam exitum homini eos alioquin perducere. De hujusmodi præscientiâ Dei legatur Augustinus, libro de Dono persect., cap. 18. Conformitatem imaginis Filii Dei, ad quam prædestinatus dicitur, similitudinem intelligit nostram cum Christo Dei Filio; non qualemcumque, qualis etiam in hæc vitâ per mentis renovationem, et inchoatam adoptionem habetur, ut quidam intellexerunt, sed quam in fine sæculi expectamus, id est, adoptionem filiorum Dei consummatam; de qua supra dixerat: *Expectantes adoptionem*; quæ nimirum consistit in glorificatione totius hominis, ut, sicut dicit I. Corinth. 15: *Qualis celestis, id est, Christus jam glorificatus, tales sint et celestes, videlicet omnes*

sus explicandi modus: qui per *propositum* intelligunt absolutum et gratium decretum dandi gratiam, sic explicat: *Quos præscivit*, id est, ab æterno prædilexit, curavit et amicos habere voluit, *hos prædestinavit conformes ac similes fieri Filio suo, etc.*, per gratiam in hæc vitâ, per gloriam in alterâ. Qui verò per *propositum* intelligunt gratium Dei decretum dandi gratiam, prædestinationem verò ad gloriam putant ex prævisis meritis, sic explicat: *quos præscivit*, oblatæ gratiæ consensus præbituros, fore suos, suique dilectores, et illos tales per suam gratiam fore præsciens, *prædestinavit*, ad ulteriora bona, nempe ut sint conformes Filio suo, in gratiâ, in patientiâ et in gloriâ.

UT SIT IPSE PRIMOGENITUS, etc., id est, ut Christus, qui ut Deus, est Filius Dei unicus; ut homo, sit *primogenitus in multis fratribus*, id est, in omnibus fidelibus, sanctis, amicis et filiis Dei. Quidquid sit de prædestinationis modo, de quo infra, nota conformitatem cum Christo patiente, manifestum esse et evidentem prædestinationis characterem. Exemplar nostrum est, *etiam*, ad cuius imaginem effingi debemus; sicut ergo in passionibus atrocissimis obediens fuit et per passiones ad regnum et gloriam pervenit, sicet nos eadem viâ Deus ad gloriam ducere ab æterno præconstituit. Si *comparatur, et conregnabimus. Communicantes ergo Christi passionibus, gaudeat*. Cum patimur, *aspiciamus in auctorem et consummatorem fidei nostræ Jesum*, qui ob propositum sibi gaudium, sustinuit crucem, ignominiamque contempsit. Sicut Deus Filio suo tormenta etiam acerbissima cooperatus est, et convertit in bonum, sic et nobis, filiis suis adoptivis, omnia, quantumvis dura et acerbissima, cooperabitur et convertet in bonum.

VERS. 50. — QUOS AUTEM PRÆDESTINAVIT, etc. D.

ejus electi. Sic enim eam conformitatem idem Apostolus exponit alibi; qui *reformabit*, ait de Christo, *corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*. Sic et Ecclesia dicens: *Cum apparerit, similes ei erimus*. Et Ecclesia in oratione quæ sic Deum preter Christum substat. Cæterum phrasîs illa, quæ dicitur futuri conformes imaginis Filii Dei, non significat Filium Dei esse imaginem cui nos conformandi simus, ut appositivè dictum sit, *imaginis Filii*, quomodo multi intellexerunt, sed sensus est nos ita conformandos Filio Dei, ut simus ejus quedam imago. Sic enim etiam, I. Cor. 15, portatur dicitur imaginem celestis, id est, Christum in nobis representari tanquam ejus imago, quod futurum est in beatâ resurrectione, de qua Paulus ibi disserit.

Ut sit ipse primo-genitus in multis fratribus; significat illam conformitatem de qua locutus est, redundare in gloriam Christi. Nam ex eâ consequitur quedam dignitas et prerogativa Christi, ut sit primo-genitus in multis fratribus, puta fidelibus, sanctis, amicis, electis et dilectis Dei. Nota: Christus filiorum Dei est primo-genitus, primò, quia ipse est filius Dei naturalis, cum cæteri sint tantum adoptivi; secundò, quia ante omnes prædestinatus fuit Christus ad hanc filiationem et unionem cum Verbo, et consequenter ad omnem suam gratiam et gloriam; tertio, quia Christus finis, scopus et exemplar fuit et est omnium prædestinatorum et electorum, uti ex hoc loco alisque docet S. Augustinus.

VERS. 50. — Quos autem prædestinavit, hos et ex-

Chrysostomus, alique Patres Græci, ejus sequaces, sic explicant: Quos vocavit, hos justificavit per generationis lavacrum; quos autem justificavit, hos et glorificavit per dona, per adoptionem; seu, ut ait Theodoretus, filios nominans, et sancti Spiritus eis dans gratiam. Ita Theophylactus. Itaque glorificavit non intelligit de gloriâ æternâ, sed de gloriâ vitæ presentis, scilicet de adoptione et filiatione divinâ; et faveit illis verbum Græcum *ἐπίστευε*, quod veritè potest: *Celebres, magnos et gloriosos effecit*. Reverà Ambrosius habet, *magnificavit*, quod explicat: Magnificavit illos, ut similes fiant Filio Dei.

Absolute et merè gratuite prædestinationis ad gloriam propugnatores, volunt hic tres præcipuos hujus prædestinationis effectus, ex Dei proposito procedentes, enumerari, sique explicant: Quos ad gloriam gratiâ prædestinavit, hos et efficaciter vocavit ad fidem; sic vocatos justificat per gratiam et finalem in eâ perseverantiam; tandem suo tempore glorificat eos, Filioque suo glorificato redditi conformes. Et hi tres effectus per verba præteriti temporis significantur; quia licet non omnes electi jam sint vocati, justificati et glorificati; hæc tamen in divinâ præscientiâ quasi transierunt et facta sunt, et certissimè futura.

Qui verò prædestinationem ad gloriam putant ex prævisis meritis, negantque hic de prædestinatione ad gloriam agi, sed de prædestinatione ad patientiam, sed ad conformitatem cum Christo patiente, qui tot et tanta pro nobis sustinuit, sic explicant: Quos autem Deus prædestinavit ad prædictam cum Filio suo conformitatem in gratiâ, in patientiâ, etc., hos vocavit ad passiones: earum nempe causis non tantum non impediendo, sed et disponendo: permittendo scilicet demoni, mundo, carni, ut illis passionis ac lætæ occasionem subministrarent. Quos autem sic vocavit, hos et per easdem lætas et passiones justificavit, id est, justiores et sanctiores reddidit. (Ex v. 28, jam vocati sunt sancti, et eos ut tales præscivit Deus; itaque, inquit, non de primâ, sed de secundâ justitiâ licet agitur, seu de progressu justitiæ.) Justiores ergo fecit, et viros ad perseverandum in justitiâ suâ eis præstitit.

QUOS AUTEM JUSTIFICAVIT, etc. Tandem tot et tantis perfectus laboribus, illos et glorificavit, magnos, celebres et gloriosos, tum in hæc, tum maxime in futura vitâ reddidit, seu decrevit gloriâ decorare. Nimirum hujus explanationis auctores in eo quod Apostoli scopus sit fideles exhortari ad passionum tolerantiam, ex spe fructus securi et gloriæ. Vide Tirin., qui multos et antiquiores et recentiores citat.

Quoscumque Deus ab æterno prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, hos et vocat in tempore, eâ scilicet vocatione, de qua paulò ante dixit: *Qui secundum propositum vocati sunt*; qualis est fila de quâ angelus: *Beati qui ad carnem impleturum Agni vocati sunt*. Hæc enim vocatio semper efficacis est, et electorum propria. Intelligitur hoc loco vocatio, vel ad fidem, vel generatim ad justitiam et sanctitatem vitæ, et omnino ad salutem, juxta diversum intellectum ejus quod sequitur.

Et quos vocavit, hos et justificavit. Quoscumque prædestinatos vocat ad fidem et justitiam et salutem,

In hæc explanationem varietate, imò et in hæc versionem diversitate (diverse sunt enim, ut in polyglottâ videri potest); in hæc ergo veritatis absconsione, quid faciendum? 1° Deum veritatis fontem humiliter adoro; 2° meam in divinis ignorantiam sincerè agnosco; 3° Scripturarum divinaram profunditatem cum sancto tremore et fremitu aspicio; denique infinitam Dei sapientiam, in eis prædestinationis mysterium, nobis ita manifestantem, ut et illud occultet, admirans reverere; huiusque Dei consilio infinite sapienti me subficiens, sacram et divinam prædestinationis caliginem, trepidus adoro; temerarius perscrutari non presumo. Cavebo igitur maxime ne, quod Deus voluit nobis absconditum, curiosior penetrare velim, et quod nobis manifestum esse voluit, piger et otiosus negligam.

Hodiè quamplurimum de arcano prædestinationis mysterio acriter disputant, quasi tota salus in hujus mysterii cognitione consistat; penetrare volunt, imò se penetrâsse putant, quod Deus voluit cunctis mortalibus impenetrabile. Sed, heu! toti huic curiosi impenetrabilis prædestinationis investigationi dedisti, tibi sibi prædestinationum opera supini negligunt; de Dei negotio curantes, suum non curant.

Duo sunt in prædestinationis mysterio distinguenda: unum, quod proprium Dei negotium est, homines nimirum ab æterno prædestinare; alterum quod hominum est negotium, bona, scilicet, prædestinationum opera facere, malum fugere, bonum operari. Quid sit ab hominibus? satagunt quod Dei est; negligunt quod suum est; sollicitè et anxie student quomodo nos Deus prædestinet, ante, an post prævisa merita; et hæc ipsa meritorum opera, sine quibus nemo prædestinatus est, peragere non curant.

Utinam ego prædestinati faciam opera; malum fugiam, bonum operer! cætera divine sapientiæ et bonitati remitto. *Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, etc. Diligam ergo te, Domine! diligam te, Deus, fortitudo mea, refugium meum, susceptor meus, adiutor meus, tota spes mea! in manibus tuis sortes mee; tantum te diligam!*

Quid tandem sentiendum de duplici interpretatione verborum horum: *His qui secundum propositum vocati sunt, de quâ v. 8?* An per hoc propositum, juxta primam interpretationem, intelligendum est æternum Dei

que quidem vocatio fit per ministerium prædicationis evangelicæ, eos non inander vocat, quomodo multi vocantur qui boni veniunt; sed eosdem ipse etiam justificat, donans fidem, penitentiam, remissionem peccatorum, sanctam conversationem, et in eâ perseverantiam.

QUOS AUTEM JUSTIFICAVIT, ILLOS ET GLORIFICAVIT. Quoscumque autem prædestinatos, sive secundum propositum vocatos justificat, eosdem etiam suo tempore glorificabit, facturus eos conformes Filio suo glorificato. Origen., August., Fulgent., et jam passim theologî, et glorificavit, accipiunt de gloriâ beattitudi-

decretum de gloria quibusdam gratuito danda, etc.; an vero, juxta secundam, intelligendum est eternum Dei decretum de gratiâ ex merâ bonitate danda, sine ullo hominum merito? — Respondeo quòd utraque interpretatio sit probabilis, utraque catholica, utraque habens sua fundamenta, tum in Scripturâ, tum in traditione; et idè potest omnis Catholicus quamlibet voluerit, amplecti.

Sed, inquit, quæ probabilior et apostolice menti conformior, et idè præferenda? — Ille mihi disputandi non est animus, multò minis judicandi de abditissimâ questione, quam sancta mater Ecclesia sinit à filiis suis in utramque partem agitari; sed mentem meam simpliciter aperio, idque, juxta D. Pauli doctrinam, cui adhaerere volo. Itaque quia et ex hujus Epistolæ scopo, et ex toto illius contextu persuasus sum quòd in eâ sanctus Apostolus agat de gratiâ, non de gloria, vide corollarium doctrinale in fine cap. 9; at maxime quia mihi clarissime patet in Apostoli nostri doctrinâ, quòd Deus sincerè et seriò vult omnes homines salvos fieri, et ad cognitionem veritatis venire, vide reflexionem in v. 4, 5 et 6, cap. 2. Epist. 1 ad Tim., ubi videbis, omnes distinctiones hujus propositionis restrictivas, non esse ad mentem D. Pauli. Et quia aliud decretum quosdam ad gloriam eligendi ante prævisa merita, ceteris in massa perditâ relicto, cum hæc sincerè et seriò Dei voluntate de salvandis omnibus hominibus, difficilè potest conciliari, decretum verò de dandâ gratuito gratiâ multò facilius cum hæc Dei voluntate conciliatur, hinc apostolice menti potè conformiorem esse eorum explicationem, qui per *propositum*, intelligunt gratuitum Dei decretum de dandâ gratiâ, sine ullo hominum merito, sed ex purâ bonitate et benevolentia.

Et sanè, si æquitas et ratio postulant ut obscurum cujuslibet auctoris verbum explicetur et intelligatur juxta clarum ejusdem auctoris propositionem et certam doctrinam, eadem æquitas et ratio exigunt ut hoc D. Pauli verbum: *Secundum propositum*, quod obscurum esse patet, tum ex ipso textu, tum ex variis interpretationibus allatis, recentioribus et antiquis; exigunt, inquam, ut hoc obscurum D. Pauli verbum explicetur per clarum ejusdem Apostoli propositionem et constantiam æternam.

Hinc scholastici tres ponunt effectus prædestinationis, nimirum *vocationem, justificationem, glorificationem*; ac consequenter colligunt gloriam et beatitudinem æternam esse effectum prædestinationis.

Vers. 31. — *Quid ergo dicemus ad hæc?* Cùm tanta sit Dei pro suis cæcis cura, tamque certa providentia, ut quoscumque prædestinavit ad gloriam, eos vocando et justificando, tandem omnino ad illam perducat, quid dicturimus inter passionem et adversitates hujus sæculi constituti, nisi hoc quod sequitur:

Si Deus pro nobis, quis contra nos? Id est, si Deus stat pro nobis, volens omnino implere in nobis æternum suum propositum justificationis et glorificationis nostræ, cùm nemo sit Deo potentior, quis vel hominum, vel demonum ita contra nos insurgat, ut salutem nostram impediat? Nullus profecto.

Vers. 32. — *Qui etiam proprio Filio suo non pepercit.* Proprio Filio. Hinc Adrian. papa et doctores docent, Christum, in quantum homo est, id est, secun-

dem doctrinam: *Deus vult omnes homines salvos fieri.*

Quia ergo huic clarè et constanti doctrinæ conformior est explicatio prædicta, sit probabilior v. 28, 29 et 30 interpretatio; nescimus quid aut qualiter orandum; scimus autem, quoniam, dirigente Dei misericordiâ, omnia cooperantur in bonum, *is.*... quos Deus diligit, utpote quos, ex benevolenti cordis sui proposito, ad fidem et gratiam sanctificantem vocavit, et qui Deum diligunt, utpote, qui Deo vocati obediunt. Nam quos præsciit, per gratiæ suæ auxilium, et per liberum voluntatis eorum consensum, fore conformes Filio suo, exemplari nostro, tales per suam gratiam fore præsciens, prædestinavit ad hanc cum Filio suo conformitatem, ut Jesus Christus, qui, ut Deus, est unigenitus; ut homo, sit primogenitus inter multos fratres adoptatos, et per gratiam, diviæ naturæ consortes, et Jesu Christi fratres. *Quos autem, tales futuros præsciens prædestinavit, hos et vocavit, et justificavit, et in justitiâ perseverantes glorificavit.*

Vers. 31. — *QUID ERGO DICEMUS AD HÆC...?* Cùm tanta sit Dei cura de nobis, quid inter hujus seculi adversitates constitui, dicemus nisi: *Si Deus pro nobis...?* Mira Christianorum vis et fortitudo contra quoslibet nostræ salutis hostes. *Si Deus pro nobis, etc.*: quis ut Deus? *Deus fortitudo mea, adiutor meus.*... scutum impenetrabile patientiæ sanctorum Deus.

Vers. 32. — *QUI ETIAM PROPRIO FILIO SUO NON PEPERCIT.* SYR.: *Quod si ne proprio quidem Filio pepercit, etc.*, id est, qui nos ita dilexit, ut naturali Filio suo non pepercerit, sed, etc.

QUOMODO NON ETIAM CUM ILLA OMNIA NOBIS DONAVIT? Græcè: *gratificavit.* SYR.: *largitus*; omnia scilicet ad salutem necessaria, ut nulli hostes possint, si velimus, eam impedire.

Incarnatio donum est donorum, in quo nobis omnia donantur, sine quo nihil datur: nam omnia per et propter Christum. Si Filium largitus est, ait D. Joan. Chrysostomus, nec simpliciter largitus, sed cædè tradidit, quid jam super aliis rebus addubitas, Dominum cùm acceperis? Quid hæsitas super possessionibus, herum cùm habeas? Nam qui quod majus erat, inimicis dedit, qui fiet, ut quæ minorâ sunt, amicis non det?

dum humanitatem, verè ac propriè esse Filium Dei, scilicet ob gratiam unionis cum Verbo, sine cum personâ Filii Dei, quia, in quantum homo, traditus est pro nobis in mortem, quod de eo hic asserit Paulus.

Sed pro nobis omnibus tradidit illum. Theologi benè delinunt pro omnibus traditum, quia passio ejus et mors sufficiens erat omnibus omnino redimendis; pro non omnibus, quia redemptionis proprietas penes solos est electos. Quæri solet quo sensu Pater Filium tradidisse dicatur in mortem. Brevis dicimus hoc sensu, quia quem ab æterno decrevit ac voluit pro nostrâ salute passurum et morturum esse, eundem in tempore per manus impiorum pati ac mori fecit.

Quomodo non etiam cum illa omnia nobis donavit? Græcè, *donavit*, in futuro. Qui enim Filio suo, quod nihil habet charius, non pepercit, sed pro salute nostrâ impendit, tradens eum pro nobis omnibus in mortem, certè nec cætera dona ad salutem necessaria nec ipsam denique salutem et gloriam est negaturus.

Vers. 33. — *QUIS ACCESBIT ADVERSUS ELECTOS DEI?* SYR.: *Quis sese opponet electis Dei?* Superioribus verbis fideles excitavit ad fiduciam in Deum, contra persecutores exteriores, ethnicos scilicet, qui bonis et vitâ Christianos sæpè spoliabant; fideles, hoc in casu, armavit quasi scuto, dicens: *Si Deus pro nobis.* Nunc eisdem fideles roborat contra timorem internum, scilicet, contra conscientia anxietatem ob peccata commissa. *Quis accessit* Christianos, seu electos ad fidem et gratiam christianismi? Omnes Christiani ad gratiam completè sunt electi, inchoatè autem ad gloriam; de electione ad gratiam hic agit Apostolus.

DEUS QUERITURUS. Græcè: *Deus justificans*, id est, Deus ipse hos electos à peccatis absolvit et justos pronuntiat.

Vers. 34. — *QUIS EST QUI CONDEMNET?* Græcè: *Quis condemnatus?* Christus mortuus, magis verò et excitatus, qui et est in dextera Dei; id est, quis condemnabit eos? an Christus Jesus? is ipse est qui pro nobis mortuus est; qui nostri causâ resuscitatus est: nimirum, ut ad dexteram Dei sedens, interpellat pro nobis, nostramque salutem Deo commendat.

OBSERVATIO MORALIS

in hos versus.

Hæu! miram Dei bonitatem! ô amorem ineffabilem! Pater proprio Filio suo non pepercit.... Spiritus sanctus pro nobis postulat genitibus inenarrabilibus; Filius pro nobis mortuus est, id est, propter nostra delicta; resurrexit propter nostram justificationem, nobisque resurgendi spem certam dedit; nostri causâ sedet ad dexteram Dei Patris; ut regnandi cum illo spem nobis exhibeat; intercedit pro nobis, tanquam advocatus,

Vers. 35. — *QUIS ACCESBIT ADVERSUS ELECTOS DEI?* etc. Quis accusationem instituit objectis criminibus adversus eos quos Deus elegit volens omnino salvare? q. d.: Nullus id fecerit, nisi frustra. *Deus est qui justificat*, id est, à peccatis et ab intentâ adversarij actione electos suos absolvit, justosque pronuntiat.

Vers. 34. — *QUIS EST QUI CONDEMNET?* Id est, damnationis sententiam in eos ferat? q. d.: Nemo, nisi frustra; aut quid nocent eis accusationes et damnationes hominum, cùm Deus eos justificet?

Christus Jesus (supple est) qui (pro nobis) mortuus est; imò qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis, apud Patrem, tanquam peccatis advocatus et patronus noster, exhibendo se et cæcitates suas, quas in passione acceptas adhuc servat, et Patri ostentat, ac consequenter orat, sua merita, suos labores, suas passiones allegando divino conceptum. Nam, ut dicitur Hebr. 9, *Jesus introivit in caelum, ut appareret nunc vultui Dei pro nobis.*

Vers. 35. — *QUIS ERGO NOS SEPARAVIT À CHARITATE CHRISTI?* Sensus: Cùm Christus hæc omnia fecerit et faciat pro nobis, quis jam nos separare et abstrahere poterit ab ejus dilectione, sive quâ nos eum diligimus, sive quâ nos ipse diligit, qui tot et tanta pro nobis fecit? Quòd si cum Græcis legamus, à *charitate Dei*, sensus erit: Cùm tanta sit Dei charitas erga nos, ut hæc omnia fecerit, ac Filium suum pro nobis facere voluerit, quis ab eâ charitate nos separare poterit, hoc est, efficere ut Deus nos, quorum gratiâ tam multa fecit, amare desinat? Hic sensus, quo intelligitur charitas seu Dei, seu Christi erga nos, à Cajetano, Toletò, aliisque doctis interpretibus traditur; etque valdè probabilis. Expendit enim Paulus magnitudinem divini erga nos amoris ex beneficiis

S. S. XXIV.

cæcitates suas Patri exhibens, quasi ora, quibus interpellat continè. Quis timeat? quis non speret? Tota sancta Trinitas nos amat, fovet, tuetur; quem vel hominem, vel diabolum timeamus? *quis accessit*, Deo absolvente, Spiritu sancto adjuvante, Filio sanguinem fundente, et per sua vulnera pro nobis orante? *In te, Domine, sperari; non confundar in æternum.*

Cornelius à Lapide multis probat Christum in cœlis verè et propriè pro nobis orare, ostenditque discrimen Christi orantis in viâ, et orantis in cœlo.

Vers. 35. — *QUIS ERGO NOS SEPARAVIT À CHARITATE?* in Græco non est *ergo*. D. Paulus, ostensâ mirâ Dei erga nos charitate, non dicit simpliciter: *Debetis et vos illum diligere*; sed quasi Numine afflatus exclamat: *Quis ergo nos separavit à charitate*, seu quâ nos Deus diligit, seu quâ Deum diligimus? Quis efficere poterit ut Deus nos amare desinat, seu ut Deum amare desinamus? an *tribulatio*, etc. Vide paraphr.

Vers. 36. — *SICUT SCRIPTUM EST: QUIA PROPTER TE...* SYR.: *Propter te quotidie morimur, et habiti sumus quasi oves ad maculationem.*

Vers. 37. — *SED IN HIS OMBIBUS SUPERAMUS.* SYR.: *Verim in his omnibus victoriâ potimur per eum qui dilexit nos.* Respondet interrogatio: Tantùm abest ut ista nos à Christi charitate separant, quim in istis omnibus et per ista omnia superamus. D. Chrys. ex Græco: Plusquam superamus, supervincimus; plusquam victores sumus, quia cum omni facilitate, quia per ipsa adversaria, quia quasi victorie domini et certi. Vide D. Chrys.

Vers. 38, 59. — *CERTUS SUM ENIM, etc.*, id est, confido, certamque spem habeo in Domino, quòd neque

nobis impensis, quo probet quod instituerat, nihil obstitero posse quominus certissimè perventuri simus ad salutem; sicut et paulò post, ubi ait: *Propter eum qui dilexit nos.*

Tribulatio? An angustia? An fames? An nuditas? An periculum? An persecutio? An gladius? Tribulatio sive afflictio potissimum intelligitur in corpore et rebus externis. *Angustia* in animo, vel, certè in rebus dubiis et perplexis, ubi consilium humanum deficit.

Vers. 36. — *Sicut scriptum est, supple, electos patri et passuros esse.* Locus est in Psalm. 43.

Quia propter te mortificamur totâ die. Sensus: propter confessionem tui nominis, et quia tui sumus cultores, assidue tradimur in mortem, quotidianis obijurimur periculis.

Estimavi sumus sicut oves occisionis. Haud scens atque oves maculationi destinatæ, ut pro libito, et absque commiseratione nos ad mortem et supplicia trahunt.

Vers. 37. — *Sed in his omnibus superamus*, id est, plus quam victores sumus, supervincimus, scilicet, insigni et illustri victoriâ, quam consequimur, dum non resistendo, sed patienti, et moriendo, superamus hostes omnes et quævis adversa, in hisque gloriamur, idque propter eum qui dilexit nos. Excellentem et facilem illam victoriâ adipiscimur non nostrâ virtute, sed per auxilium sive Dei, sive Christi, qui nos dilexit.

Vers. 38. — *Certus sum enim.* Id est, certam in Domino spem habeo, persuasum habeo, confido. S. Augustin. in Exposit. propositionis 58: *Quod autem ait: Certus sum enim, et non dixit: Opinor, plena fide tenuit quod nec mors ulla, nec vitæ temporalis*

(Sept.)

communitio mortis, neque vita promissio, NEQUE ANGELI, etc., id est, nulla vis spiritalis, sive dæmonum, sive angelorum, si id tentarent.

NEQUE INSTANTIA, id est, presentia.

FORTITUDO non est in Græco.

NEQUE ALTITUDO, NEQUE PROFUNDUM, id est, neque gloriosa, neque humilia; nec celi, nec inferi, vel neque altitudo prosperitatis, neque profundum miserie.

promissa, nec cetera subsequenter possunt credentia à charitate Dei detorquere.

Quia neque mors, neque vita, neque mors à persecutore intentata, neque vita promissa.

Neque angeli, neque principatus, neque virtutes. Hæc parte spiritus adversarii, id est, dæmones, significantur, quibus omne studium est Christi fideles abstrahere à salute. Porro sub his tribus angelorum ordinibus, cæteros omnes tam ex omnibus ordinibus aliquos ecessisse, theologorum sententia perquam probabilis est apud Magistrum, in 2 sent., dist. 6 comprehensio intelligit; q. d., nullam prohis dæmonum vim et potentiam electis prævalere posse.

Neque instantia, neque futura. Instantia, id est, presentia. Intelligit autem tam bona, quibus allicti solent homines, quam mala, quibus terrentur.

Neque fortitudo. Interpretantur fortitudinem prin-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in proximum redigenda.

1° Ex hoc cap. discit quòd tota christiana vita possit à d. tria reduci: scilicet concupiscentias carnis reprimere, seu malum vitare; carni enim obedire, mors est. Vide vers. 5, c. 12, 13. Spiritu Dei agi, seu bonum in spiritu charitatis agere, v. 14; ad hoc nobis datus est Spiritus sanctus, spiritus filiationis, ut tanquam filii amemus et agamus. Pati in spiritu Christi, si compatimur, etc., hæc est conditio ad æternam hereditatem necessaria, v. 17; at non sunt condigna, etc., v. 18, etc.

2° Ex ejusdem cap. v. 19, 20, 21, 22, collige quòd omnis creatura, Dei jussu, hominum utilitatibus mancipata, gemens et quasi coacta, hominum vanitati serviat. Ad Dei gloriam facta est; hominem ad Dei notitiam et amorem naturâ suâ docere debet; hominum malitiâ servit offensæ Dei: homo enim fruitor utilis, utitur fruentis; hinc ingemiscit omnis creatura, cupiens à servitute liberari.

Ut hunc genitum et clamorem creaturarum contra te vites, cave illarum abusum; illis utere, non fruaris; utere ad Dei gloriam, et cum gratiarum actione: aliàs contra te in Dei judicio ingemiscentes, clamabunt quasi contra violatorem et stupratorem.

CAPUT IX.

1. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto;

2. Quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo.

3. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem,

4. Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum,

Totus hic locus, à v. 28 usque ad finem capitis, est sensu et grandiloquentiâ mirabilis; hinc sanctus Augustinus, lib. de Doctrinâ christiana 4, cap. 20, profert illum velut exemplar orationis eloquentissimæ. Hinc et post D. Augustinum Erasmus ejusdem Apostolici sermonis vehementiam et ornatum demiratur, tandemque exclamat: *Quid unquam Cicero dixit grandiloquentius?*

capum hujus seculi.

Vers. 59. — Neque altitudo, neque profundum. D. Thom. et Anselm. sic explicant: neque altitudo, scilicet arcis et rupis, ex quâ quis minaretur præceptum nisi à Dei amore recedas. Neque profundum, puta mare, aut flumen, in quo pari modo minaretur quis submersionem.

Neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei. Charitatem Dei intellige vel eam quâ nos Deum diligimus, vel potius eam quâ nos Deus diligit. Significatur enim vis charitatis illius quæ Deo electos suos complectitur, ad præstandum efficaciter ea quæ vult eis donare, et ad removenda contraria.

Quæ est in Christo Jesu, Domino nostro, id est per Jesum Christum tanquam mediatorem et propitiorem nostrum: qui nobis illam Dei charitatem merito sue passionis et mortis conciliavit eodemque morte nos redemit. Quâ ratione Dominus noster vocatur. A

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in proximum redigenda.

5° Ex eodem cap. apostolicam discit praxim orationis, quam vide v. 26, 27. Discit et praxim circa prædestinationem. Credere quæ fides docet de illâ; quæ Dei sunt adorare; quæ tua sunt fideiter adimplere; bonis operibus vaca, de cætero confide Deo, v. 28, 29, 30. Malo in manibus Dei, quam in meis manibus salutem meam reponi. Libera me, Domine, à meipso: In te, Domine, speravi. Confido quòd de numero sim electorum. Deus meus, in te confido.

4° In hoc eodem capite habes mira fiducia motiva: Si Deus pro nobis, quis contra nos? v. 51, 52, etc. Tria sunt quæ nos in tremendo Dei judicio tertere debent; crimina nostra, accusator, iudex. Contra criminum terrorem, cogita quòd Deus proprio Filio suo non pepercit, sed propter delicta nostra morti tradidit illum, v. 32. Contra accusatorum terrorem, quicumque sint, cogita quòd in v. 33, quis accusabit? etc. Deus omnium iudex, ipse justitiam. Contra iudicis severitatem, cogita quòd in v. 34: Quis est qui condemnet, etc. Christus Jesus, etc. Videatur ipse locus Apostoli, qui sanè mirabilis est.

Hanc in Deum fiduciam sæpè redigas in praxim per totam vitam, ut et in morte redigas.

CHAPITRE IX.

1. Jésus-Christ m'est témoin que je dis la vérité: je ne mens point; ma conscience me rendant ce témoignage par le Saint-Esprit,

2. Que je suis saisi d'une tristesse profonde, et que mon cœur est pressé sans cesse d'une douleur violente.

3. Jusque-là que j'eusse désiré devenir moi-même anathème, à l'égard de Jésus-Christ, pour mes frères, qui sont d'un même sang que moi selon la chair,

4. Qui sont les Israélites, à qui appartient l'adop-

tion et testamentum, et legislatio, et obsequium, et promissa:

5. Quorum patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

6. Non autem quòd exiderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israelitæ;

7. Neque qui semen sunt Abraham, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen:

8. Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis æstimantur in semine.

9. Promissionis enim verbum hoc est: Secundum hoc tempus veniam, et erit Sara filius.

10. Non solum autem illa, sed et Rebecca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri.

11. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egressum, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret),

12. Non ex operibus, sed ex vocante scriptum est ei: 13. Quia major serviet minori, sicut dictum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

14. Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Absit!

15. Moysi enim dicit: Miserebor ejus miserere, et misericordiam præstabo ejus misererebor.

16. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

17. Dixit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuntietur nomen meum in universâ terrâ.

18. Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat.

19. Dicis itaque mihi: Quid adhuc queritur? voluntati enim ejus quis resistit;

20. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit: Quid me fecisti sic?

21. An non habet potestatem figulus lutæ eadem massâ facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?

22. Quòd si Deus, volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multâ patientiâ vasa iræ, apta in interitum,

23. Ut ostenderet divitias gloriæ suæ in vasa misericordiae, quæ preparavit in gloriam.

24. Quos et vocavi nos non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus,

25. Sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam; et non dilectam, dilectam: et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.

26. Et erit: in loco ubi dictum est eis: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi.

27. Isaias autem clamat pro Israël: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquæ salvæ fient.

28. Verbum enim consummans, et abbrevians in æquitate: quia verbum brevium faciet Dominus super terram.

tion des enfans, sa gloire, son alliance, sa loi, son culte et ses promesses;

5. Qui ont les patriarches pour pères, et desquels est sorti, selon la chair, Jésus-Christ même, qui est Dieu, au-dessus de tout, et béni dans tous les siècles. Amen.

6. Ce n'est pas néanmoins que la parole de Dieu soit demeurée sans effet, car tous ceux qui descendent d'Israël ne sont pas pour cela Israélites;

7. Ni tous ceux qui sont de la race d'Abraham ne sont pas pour cela ses enfans, puisque Dieu lui dit: Ce sera Isaac qui sera appelé votre fils.

8. C'est-à-dire, que ceux qui sont enfans selon la chair ne sont pas pour cela enfans de Dieu; mais que ce sont les enfans de la promesse qui sont réputés être les enfans d'Abraham.

9. Car voici les termes de cette promesse: Je viendrai en ce même temps, et Sara aura un fils.

10. Ce n'est pas seulement dans Sara, mais aussi dans Rebecca, qui conçut en même temps deux enfans d'Isaac notre père.

11. Car, avant qu'ils fussent nés, et avant qu'ils eussent fait aucun bien et aucun mal, afin que le décret de Dieu demeurât ferme selon son élection,

12. Non à cause de leurs œuvres, mais par la volonté de celui qui appelle; il fut dit à la mère:

13. L'aîné sera assujéti au plus jeune, selon qu'il est écrit: J'ai aimé Jacob, et j'ai haï Esau.

14. Que dirons-nous donc? Est-ce qu'il y a en Dieu de l'injustice? Dieu nous garde d'une telle pensée!

15. Car il dit à Moïse: Je ferai miséricorde à qui il me plaira de faire miséricorde; et j'aurai pitié de qui il me plaira d'avoir pitié.

16. Ainsi cela ne dépend ni de celui qui veut ni de celui qui court, mais de Dieu qui fait miséricorde.

17. Car il dit à Pharaon, dans l'Écriture: C'est pour cela même que je vous ai suscité, pour faire éclater en vous ma puissance, et pour rendre mon nom célèbre dans toute la terre.

18. Il est donc vrai qu'il fait miséricorde à qui il lui plaît et qu'il endureit qui il lui plaît.

19. Vous me direz peut-être: Après cela, pourquoy Dieu se plaint-il? car qui est-ce qui résiste à sa volonté?

20. O homme, qui êtes-vous, pour contester avec Dieu? un vase d'argile dit-il à celui qui l'a fait: Pourquoi m'avez-vous fait ainsi?

21. Le potier n'a-t-il pas le pouvoir de faire, de la même masse d'argile, un vase destiné à des usages honorables et un destiné à des usages vils.

22. Qui peut se plaindre, si Dieu voulant montrer sa colère et faire connaître sa puissance, souffre avec une patience extrême les vases de colère préparés pour la perdition,

23. Afin de faire paraître les richesses de sa gloire sur les vases de miséricorde qu'il a préparés pour la gloire,

24. Qu'il a appelés comme nous, non-seulement d'entre les Juifs, mais aussi d'entre les gentils,

25. Selon qu'il dit dans Osee: J'appellerai mon peuple ceux qui n'étaient point mon peuple; ma bien-aimée celle que je n'avais point aimée; et l'objet de ma miséricorde celle à qui je n'avais point fait miséricorde.

26. Et il arrivera que dans le même lieu où je leur avais dit autrefois: Vous n'êtes point mon peuple, ils seront appelés les enfans du Dieu vivant.

27. Isaië s'écrit à l'égard d'Israël: Quand le nombre des enfans d'Israël serait égal à celui du sable de la mer, il n'y en aura qu'un petit reste de sauvé.

28. Parce que Dieu, dans sa justice, consumera et retranchera son peuple: le Seigneur fera un grand retranchement sur la terre.